Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26095
Copyright: Admont, Benediktinerstift

do. siue uolendo ⁊ amando. siue agendo: faciunt bo-
num: non solum ut monstrante illa: quid facien-
dum sit sciant: uerum ⁊ ipsa prestante: faciant
cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspira-
tionem bonę uoluntatis ⁊ opis: poscebat apls̄ pro
corinthiis: cum dicebat. Oramus ne quid mali fa-
ciatis. ⁊c. Quis hoc audiat ⁊ non fateatur a dño
deo nobis esse ut declinemus a malo ⁊ faciamus
bonum? Non enim ait apls̄. monemus. docemus.
s̄ oramus. quia sciebat hec omnia non ualere
que plantando ⁊ rigando faciebat in apto: nisi
pro illis exauditet orantem: qui dat incremen-
tum in oculto. Quidam uero dicunt nos non de-
bere petere a sempiterna maiestate ut det no-
bis ambulare in uia recta. ⁊ perseuerare in man-
datis. ⁊ placere illi in omni opere bono ⁊ huius
modi. quia inquiunt hoc totum in nra potestate
est constitutum. ⁊ ita benedictionem nrā. quā
super nos facimus. ⁊c. mentiuntur. erinanti-
unt. euidunt. ⁊ subscriptionem nrām que est.
amen. Consensio enim nra ⁊ stipulatio. ē anā.
Quod dicit ó nouę heretice? Dicit quia non pec-
care in potestate sic habemus. ut hoc sine adiu-
torio diuinę grē implere possimus? Plane in-
quit. Liberum arbitrium ad hoc nobis suffi-
cit. quare g̃ dixit apls̄. oramus? Poterat dice-
re. monemus. uel iubemus. quod si diceret.
certum diceret. quia ⁊ uoluntas nra agit ali-
quid. Non enim uoluntas nra nichil agit. sed
sola non sufficit. maluit tamen dicere. oramus.
ut ipsam grām commendaret. ut intelligeres
illi. quando non faciunt aliquid mali. non
sola sua uoluntate seruate malum. s̄ adiu-
torio dei. implere quod iussum est. Ergo quan-
do precipitur. agnoscere uoluntatis arbitri-
um. quando oratur. quod precipitur. agno-
scere grē beneficium. Utrumq; enim in scp̄-
turis habetur. Sequitur. Non enim. Quasi.
Habemus potestatem. s̄ ne putetur ⁊ iniuste
dñari posse. subdit. Non enim. Qui. Non ua-
lemus iniuste in illa potestate. non enim
possumus aliquid aduersus ueritatem. Hoc
dicit. q̃ non est eis data potestas contra iusticia-
am. s. ut arguant bene uiuentem. s̄ pro ue-
ritate tuenda. s. ut iudicent in legis inimi-
cum. Gaudemus enim. quasi non possum?
contra ueritatem: ⁊ hoc effectui indicat. Gau-
demus enim cū nos sumus infirmi. i. non
exercentes potestatem. cum nichil punienda

Aug contr pelag.

Aug

Aug.

habemus. Vos autem potentes estis. s. non timen-
tes uitium. quia non bene agentes: ⁊ uicia uin-
centes. a uobis repellitis uindictam. ⁊ non solum
gaudemus. s̄ etiam oramus hoc. s. ut iam consum-
mationem. i. ut in omnib; perfecti sitis. ⁊ quia
hec uolo ⁊c. ideo absens scribo uobis hec. ut pre-
sens non agam. in uobis durius quam uolo. quod
utq; posset: si mala feceritis: secūm potestatem
ligandi ⁊ soluendi quam dñs dedit michi in
edificationem ⁊ non in destructionem uīām. i.
uos edificemini. non destruamini. nec apls̄ de-
struit: sicq; arguit. Hoī enim destruuntur.
qui arguuntur. ut corrigantur. s̄ correcti edi-
ficantur. De cetero. Qi. De malefactis ducisq;
correcti uos: de cetero autem fratres gaudete. i.
hoc agite: unde gaudium sit. ⁊ ut gaudeatis:
estote perfecti. in fide. ⁊ uos maiores. exortamini
ad idem minores. ⁊ uos minores. idem sapite:
cum maioribus. ⁊ uniuersi. s. maior ⁊ minor.
simul pacem habete ne sit prior dissoluta in
ter uos. Et si hec feceritis: deus dilectionis. ⁊ pa-
cis. i. ꝓs̄ qui ait. pacem meam do uobis. pacem
relinquo uobis: ⁊ item. mandatum nouum do
uobis ut diligatis inuicem: erit uobiscum. i.
adiuuans uos. Et ut pax sit inter uos: Salu-
tate uos ipsos inuicem in osculo scō. non dolo
so. ⁊ sic debetis facere: quia ita optant omnes
sci. ⁊ ipse: ⁊ hoc est quod subdit. Salutant
uos omnes sci. desiderantes. ⁊ quasi mecum de-
centes. hoc. s. Gratia dñi nri ihu xpi. i. xp̄s gra-
tis condonans peccata: per quod iustificamur
⁊ saluamur: ⁊ caritas dei. i. deus pater caritatē
dans uobis. cuius dilectio: misit xp̄m. cuius
gratia: saluat. ⁊ communicatio sci spiritus
i. spiritus scs̄ qui est communis patri ⁊ filio. am-
borumq; unio: sit cum omnib; uobis. tam cor-
rectis: ut perseuerent. quam incorrectis: ut cor-
rigantur. Vel cōmunicatio sci ꝓs̄ sit cū omib;
uobis. i. ꝓs̄ scs̄ ita sit uobiscum: ut communicet.
⁊ confortet uobis: ⁊ grām xpi: ⁊ caritatem dei.
Vē enim possideamus gratiam salutis quam
xp̄s donat: communicatio facit spiritus sci.
Hic enim dilectos a deo ⁊ saluatos gratia xpi.
tuetur. Trinitatis enim hic complexio est. ⁊
unitas potestatis. Est dicere. Sora trinitas
sit uobiscum. dans gratiam de commissis. et
caritatem. ut trium perfectio: consummati
o sit hominis in salutem. a a) e ) ——.

Aug

Aug

Aug

Aug